

No. 375. 1464. 25. Aug.

B. Johann von Merseburg bestätigt das von Nicolaus Volkmar, Pfarrer zu Taucha gestiftete Lehn auf dem Laurentiusaltar in der S. Johanniscapelle in dem Spital der Sondersiechen. (Vgl. No. 301). Gegeben — am sonnobunde noch sente Bartholomeus tage des heiligen aposteln.

Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 376. 1464. Nach dem 31. Aug.

Bürgermeister, Rath und Johannes Udriczsch, Professor der Theologie legen wider die päbstliche Verleihung der Rathhauscapelle an Nicolaus Muffel beim päbstlichen Stuhle Berufung ein.

Cum iniuria lacesitis et oppressis seque plus opprimi timentibus utriusque iuris indulgentia appellationis remedium venit in occursum, hinc est quod ego Nicolaus Gutteren syndicus et procurator providorum et honestorum proconsulis consulum et iuratorum opidi Lieptczk Mersburgensis diocesis et venerabilis viri Johannis Vdriczsch sacrae theoloyae professoris clerici praefatae Mersburgensis diocesis animo et intentione appellandi et provocandi dico et protestor, quod cum in praetorio dicti opidi capella sit in honorem beatae Mariae virginis consecrata, cuius ius patronatus ad dictos dominos meos proconsulem consules et iuratos ex eius capellae institutione et etiam legitima praescriptione tanti temporis, cuius initium non est in memoria hominum, spectabat et hodie spectat et pertinet pleno iure, quae etiam capella ita qualificata et modificata est, ut scriba et secretarius dicti opidi pro tempore existens dumtaxat et nullus alius eidem praefici nec alteri conferri debeat, cum habilis sit ad beneficia ecclesiastica obtinenda, quod si scriba talis inhabilis sit, tunc alius non aliter instituendus est, quam usque si scribam aut notarium habuerint beneficiorum capacem, prout haec modificatio in instauratione canonice et licite adiecta est. Praeterea huic capellae est aliud annexum onus et officium, quod cum alius a notario institutus sit, tunc ille alter eiusdem opidi syndicus generalis esse debet, prout hoc a multis retro elapsis temporibus praescriptionem inducentibus observatum est. In huius beneficii iurispatronatus quieta possessione a tempore instaurationis dicti beneficii usque nunc praefati domini mei fuerunt proconsul et consules pro tempore existentes prout hodie sunt, ita ut nullo unquam tempore quoquo modo per quempiam quavis auctoritate inquietati turbati aut impediti, sed illo iure semper freti fuerunt sicut quilibet alii patroni laici, quos sedes apostolica in iure suo turbare non consuevit, ut mos et consuetudo Romanae curiae habet, ne laicos a fundatione beneficiorum retrahat. Prius die tamen die Lunae vicesima septima Augusti nondum sex diebus elapsis dicti domini mei proconsul consules et iurati praedicti et die Veneris tricesima prima praefati mensis Augusti praenominatus dominus magister Johannes Vdriczsch sacrae theoloyae professor dictae capellae beneficiatus per quendam Johannem Seuß assertum